



TV, 101

2, 15

15

FESTIVITAS NUPTIALIS  
VIRI  
NOBILISSIMI, CONSULTISSIMI, EXCELLENTISSIMI  
**DN. VVILHELMI LYSERI,**  
JGti & Antecessoris Wittenbergensis Celeberrimi  
Curiæ Electoralis, Scabinatus, Facult. Jurid.  
Assessoris Gravissimi,  
&  
NOBILISSIMÆ FLORENTISSIMÆQ; VIRGINIS  
**REGINÆ,**  
VIRI  
MAXIME REVERENDI, MAGNIFICI, EXCELLENTISSIMI  
**DN. ABRAHAMI CALOVII,**  
THEOLOGI de UNIVERSA, ECCLESIA CHRISTI MERITISSIMI, PROF.  
PRIMARII, CONSISTORII ECCLES. ASSESSORIS, ECCLESIAE WIT-  
TEBERGENSIS PASTORIS, ET ELECTORATUS SAXONICI SUPER-  
INTENDENTIS GENERALIS EMINENTISSIMI,  
**F I L I A E.**  
*D. 3. Mart. Anno 1663.*  
CELEBRATA  
VOTIS  
FAUTORUM AMICORUM, & CULTORUM:  
WITTEBERGÆ  
Typis JOHANNIS BORCKARDI.

16





**L**eyserus dextras & Virgo Calovia jungunt,  
Eusebie plaudit, gaudet & alma Themis.  
Adnuit ipse Deus, qui Fautor & Autor amoris,  
Lætantur juncti sanguine, Amore, Fide.  
Congrator Tædis, queis nil felicius exstat;  
Namq; favente polo res benè quæq; cadit.  
Mella fluant Sponsis, nec amaror turbet amorem,  
Sed vigeat serà posteritate Domus!

Ιολοφόχως precab.

**JOHANNES ANDREAS QUENSTED D<sup>o</sup>**  
h.t.Acad.Rector.

**I**n plausum lessus transit, mutante Hymenæo  
Scenam: Sponsorum vox querula esse nequit.  
Conscendis thalamum cælo plaudente, LYSERE:  
Sit plausus lessus inscius iste, precor.

**JOHANNES MEISNER D<sup>o</sup>**

**C**onjugium felix spaciosi Academia mundi,  
Fundator, Rector, dicitur ipse Deus.  
**C**Sacra Professorum dispensant lege jugati,  
Fungitur officio Fæmina, Virg. suo.  
Ex hac proveniunt omnes, ceu Matre scholarum;  
Quotquot in officijs totus hic orbis alit.  
Sacra docens Vates, Juris, Medicæq; peritus,  
Ex thalamo veniunt, conjugiis Scholaris.  
Turbaq; Philosophum, Lingvarum Lumina clara  
Ex agro hoc Sophiæ semina prima trahunt.  
Religionis opus, Naturæ æquissima jura,  
Atq; manus medicas Oeconomia docet.  
**H**æc Schola prima fuit, Paradiſi Academia prima,  
Omnibus ista Scholis semina fausta tulit.

Ex

Ex Domini verbo benedicto Academia mundi  
Totius, felix Conjugium hocce fuit.  
Durat adhuc Domini benedictio, facta Magistris  
Primi Conjugij germina ubiq; facit.  
Exemplo nobis POLYCARPUS (Et omne talis)  
LYSERUS, terris germina multa dedit.  
Eius Conjugium felix Academia Mundi,  
Omnibus hoc statibus germina pulchra tulit.  
Doctores Natos, Cognatos, sanguine junctos,  
Et vincis thalami, quis numerare potest?  
NOSTER Avi Magni quærit vestigia clara  
LYSERUS, tentans mystica jura thori.  
Nos tenui calamo FELICITER acclamamus,  
Pectore conferimus nunc pia vota thoro!  
Hoc sit Conjugium felix Academia celi,  
Delicium vestrum sint sacra verba Dei!  
Hoc sit Conjugium felix Academia Mundi,  
Ex vobis surgant germina multa Solo!  
Hoc sit Conjugium felix Academia vitae,  
Floreat in vestro vita beata thoro!  
Hoc sit Conjugium felix Academia fortis,  
Fortunæ faveant asti serena thoro!  
Hoc sit Conjugium felix Academia Mortis,  
Vivere discatis, serò ut Eusq; mori!

Nobilissimis Dnn. SPONSIS Affinibus  
honoratisimis Et amicissimis, oλο-  
ψυχως prospera quævis precab.

JOHANNES Deutschmann. D.

Natura certamen erat, Sortisq; benignum:  
ecqua LEISERO plura dedisset opum?  
Ingenii dotes, Et docti roboris artes  
Illa; facultates Altera jaicit opum:  
His accessit Hymen, Et dextera nostra beabit  
LEISERVUM; termi dona jugemus, ait.

A 2.

CALQ.

CALOVIAM stabili REGINAM fædere jungo  
LEISERO. Vivant! clamat utringq; Chorus.

JOACHIMUS Merger  
D. & Prof. Publ.

LYSERO Conjunx CALOVIA jungitur: adsunt  
& castum exornant publica Vota torum.  
Vota quibus SPONSIS amor & concordia, & omnis  
A summo oratur Numine prosperitas.  
Annuit hoc, Votisq; dedit satiabile pondus.  
Auguror hinc fausti fœdera firma tori.

M. Lgj scrib.

ANDREAS SENNERTUS, P.P.  
*b.t. Decanus.*

Conjugium felix, nostræ pars optima vitæ,  
His modò contingit, qui pia corda gerunt.  
Auguror inde novi socialis, gaudia multa  
Fœderis, ex alto quod Deus ipse dabit!

Bonif. omnis ergo  
appos.

CHRISTOPHORUS Nottnagel / P.P.

Eginam ducis pulcram, Lysere, puellam,  
Grande puellarum Leucoreumque decus.  
Dives agris, dives positis in fœnore nummis,  
Et studiosa domus & studiosa Dei est.  
Hæc benè conveniunt, & in una sede morantur,  
Atqueruam possunt condecorare domum.  
Diceris ergo mihi felix vereque beatus;  
Sedibus athereis tanta puella venit.

MICHAEL WENDELERUS  
D. & P. P.

EST ita: Sacra tori junguntur fœdera fato,  
Ut castis casti generentur & inde nepotum  
Exsurgant cætus in posteritate perennes.  
Exin Sponse meres magnæ præconia laudis,

Dum

Dum parere studes fatis cœlestibus, atq;  
Conjugii exopta, sectari gaudia sacri.  
Comprecor, efficiat Deus uno in Nume Trinus,  
Conjugis auxilo feliciter omnia cedant.

CHRISTIANUS TRENTSCHIUS, P.P.

REGINÆ postquam tribuerunt omnia dona,  
Quæ præstare valent, Jno Minerva Venus:  
Pulchra Venus formam, ingenium capitale Minerva  
Docta, pares mores regia Juno suis;  
Jam dignum quærunt tantâ virtute maritum  
LISERUMq; simul Numinia rerua petunt.  
Felix LISERUS, cui formavere puellam  
Divæ nutrices, Juno, Minerva, Venus.  
Divitias porrò præstabit Juno, Minerva  
Pignora, perpetuo fœdus amore Venus

ÆGIDIUS STRAUCH, S.S.Theol.Doctor, & P.P,

Scribaris Vario, Lectissima, Sponsa, Marone  
Sponse; mihi doctum carmen Apollo negat  
Vota feram pro dulcisono pia carmine, Vestrum  
Pro nubus ille beat prosperitate thorum!  
*deproperab.*

M.JOHANNES SIMON. Facult.Phil.  
Adj. & Sch.Opp. ConR.

*Ad Nobilissimum Par*

Cælitùs Desponsatum.

Signes animæ, quas læto fædere junxit  
Illibata fides, & amici gratia cœli.  
Excellens virtute tuâ, nec sanguinis ortu  
Degener, & Pro avum nulli splendore secunde,  
SPONSE, cui justi formas Themis indidit, æqui  
Custos, Affinis, Mæcenas. Tuque CALOVI  
Sanguine lata, tuis splendens virtutibus inter  
Virgineos cætus, quantum Regina minores  
Excedit socias; quantum viburna cupressus,

A 3.

Si

Si, quæcunq; beant thalamum, bēne colligo, vestrū  
Conjurata torum circumdant singula: tanto  
Conspirant utrinq; gradu, seu munera mentis,  
Corporis, aut sortis, vel famæ, divite cornu  
Interfusa alijs, spectem. Sicut terrea cæli  
Præmia destituunt raro pietatis amores.  
Hunc si continuet Nūmen, quem quisq;, favorem  
Gratatur, propriumq; cupit, pia pectora, vobis  
Mecum: Conjugium ter felix terq; beatum  
Hoc cluit, & colitis plaudente, hæc fœdera, Cœlo.  
Transit hyems: luctus. Noctes majoribus horæ  
Extendunt spaciis: Majoribus incrementis  
Gaudia succrescunt, post nubila tanta, CALOVI  
Non ita, quam torus hic, nunc ridet amoribus annus  
Nec sic vernal ager; thalami quam limina vernant,  
Vivite felices, & tanta sorte beati  
Crescite in invidiam Fati, differte Senectam  
Serius, & longos per durent oscula in'annos.

*Prolixiori affectu quam  
calmo scrib.*

M. HEINRICUS Baumann  
Fac. Phil. Adj.

*In amabilissimam unionem*  
Eusebiæ atq; Astreæ,  
in Nuptijs Lysero - Calovianiss  
Jungitur Eusebii Themidi feliciter almæ  
In vestro thalamo; CORDA Ligaña fide  
Jungatur vobis clementer dextra salutis  
Omnigenæ, Vobis unio grata feret.

*festandæ observantie ergo*  
M. Sim. Frider. Frenzelius  
Facult. Phil. Adj.

Ecce maritali jungit sibi jure LYSERUS  
CALOVIAM magni spemq; Decusq; Patris.  
Talia dum video: repeto mox talia necum.  
Iam THEMIS EUSEBIE jungitur ipsa sua.

Quæ

Quæ porrò quondam proles sperabitur inde,  
Jura soliq; colet, jura Poliq; colet.

*Connubium auspicatisimum  
Excellentissimis Neonymphis precatus  
Isthac adponere debui  
M. Michael Liebentanz  
Fac.Phil.Adj.*

**M**agno Parente, *Nate major, inclyte  
LYSSERIANI seminator nominis,*  
Illustre docti Saxonum sidus choti;  
Et *Ta profundâ, Nata, doctrinâ PATRE*  
Incomparabili, *Deiq; præfule;*  
*Cætusq; nostri vindice dexterimo,*  
Regina virginum, *Veneris almæ decus:*  
Credo, benignis septimam radiis domum,  
Natalis olim quùm coruscaret dies.  
Uterq; conspexisse, quicquid siderum  
Per nota vasti spâlia decurrit poli;  
Novoq; conjurasse cœlos fœdere,  
Ne vel LYSERUS conjugem aliam duceret;  
Aliiq; VIRGO DIA nuberet viro.  
Nec Ille flecti voluit antè callidus,  
Nec Illa amare, perpetim intraestabilis.  
Salve MARITE, digne tanta CONJUGE!  
REGINA CONJUX, digna per amabili  
Salve MARITO! Utrumq; vestrum ut svaviter  
Consentit astrum; sic, quod appreco, toro.  
Lucina custos grata nunquam deerit.

*gratul. scribeb.  
M. MICHAEL WALTHERUS,  
Fac.Phil.Adj.*

Pientissimo Pari.

**S**ic pia Virtuti Virtus conjungitur aptè,  
Præmia sic Pietas digna referre solet  
Gratulor ex animo junctis hoc fœdere sancto,  
Quæ bona Vos cupitis, cor calamusq; vorer.

*Vivi-*

Vivite concordes, felices vivite semper!

Vestra sit ipse DEUS spesq; salusq; precor,

Gratulab. deproperat.

M. GEORGIUS WAGNERUS,

Fac. Phil. Adj.

**G**audia quæ cœlum, quæ blandi jubila soles  
Promunt, dum pulsō frigore cessat hyems!

Scilicet ipsa Parens rerum gratissima profert  
Tempora, queis juvenis gaudet & ipse senex.  
Instat enim rursum multò svavissimus annus,  
Et natura novat dulcis amoris opus.

Quid vestræ mentes aliud, PAR NOBILE, spirant?

Quippe è sincero pectore surgit amor,  
Hic proprias dudum fixit Concordia sed es;  
Hic Themis, hie Virtus, Eusebieq; manent,  
Quamvis facundo fruerer Demosthenis ore,

Et mihi Nasonis vena benigna foret:  
Non tamen hæc possem dignâ celebrare Camœnā

Omnia, quæ video, summa videre licet.  
Hæcce canant alij: Nobis ante omnia vota

Sunt curæ, SPONSOS vota precesq; juvent!  
CHRISTE Gamarcha fave lecto tectoq; jugali;

ET SPONSO & SPONSÆ CHRISTE Gamarcha fave.  
Hæc est perpetuò votorum summa meorum;

Sint rata, quæ SPONSIS sunt data vota NOVIS.

M. GEORGIUS CHRISTOPHORUS SYLVIUS.

**H**et da die Winterszeit, sich fast beginzt zuenden,  
Da sich der Frühling will nun wieder zu uns wenden:

**D**a bind dich Edles paar, das feusche Liebes-Band  
Da werdet ihr vergnügt mit einem neuen Stande,

**G**ott segne dieses Werck, Gott gebe heyles Segen!

Gesegnet müst Ihr seyn auf allen Euren Wegen!

Gesegnet hier und dort, bis ihr o Edles Paar

Den Himmel gehet ein, zur Auserwählten Schaar.

Wünschet mit erfreulichen herzen

Johannes Lange / Lipsiensis.

Zd 198

ULB Halle

002 040 255

3



Sb

W 17

n.t





15

FESTI  
NOBILISSIMI, CONS  
**DN. VVILH**


JGti & Antecessori  
Curiæ Electorali  
Affe

NOBILISSIMÆ FL  
**R E**

MAXIME REVERENDI  
**DN. ABRAM**  
THEOLOGI de UNIVERSA, E  
PRIMARII, CONSISTORII E  
TEBERGENSIS PASTORIS,  
INTENDENTIS G

FAUTORUM AM

Typis JOH



**TIFFEN® Color Control Patches**

© The Tiffen Company, 2007

Black  
White  
3/Color  
Magenta  
Red  
Yellow  
Cyan  
Green  
Blue